Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26594
Copyright: Admont, Benediktinerstift



erit. Quid. Quid tunc. Quid erit tunc. Quis
eruet de manibus dei. Vnde in consilium. vn
salus. Quis est qui dicitur magni consilij an
gelus. Qui deus saluator ut nomen eius uocife
ret. Jam ipse est. ipse est iesus. ipse idem est
iustus iudex. inter cuius manus tremo. Respi
ra iam o peccator. ne desperes. Spera in eo quem
times. confuge ad eum a quo aufugisti. In
uoca importune quem superbe prouocasti. Jesu ie
su. propter hoc nomen tuum fac michi secundum
hoc nomen tuum. Jesu iesu obliuiscere super
bum prouocantem. respice miserum inuocan
tem. Nomen dulce. nomen delectabile. nomen
confortans peccatorem et beate spei. Quid enim
est iesus nisi saluator. Ergo iesu propter te met
ipsum esto michi iesus. Qui me plasmasti. ne
peream qui me redemisti ne condempnes. qui
me creasti tua bonitate. ne pereat opus tuum
mea iniquitate. Rogo pyssime ne perdat mea
iniquitas. quod fecit tua omnipotens bonitas. Recog
nosce benignissime quod tuum est. et absterge quod
alienum est. Jesu iesu miserere dum tempus
est miserendi. ne dampnes in tempore iudi